Rocznik sześćdziesiąty dziewiąty.

Urzędowy Orędownik Kościelny dla diecezji chełmińskiej.

Nr. 4. Poniedziałek, 10-go maja 1926.

Treść:

Rozszerzenie Jubileuszu powszechnego na cały świat katolicki.

Constitutio Apostolica

UNIVERSALE JUBILAEUM ANNO DOMINI MILLESIMO NONGENTESIMO VIGESIMO QUINTO IN URBE CELEBRATUM AD TOTUM CATHOLICUM ORBEM EXTENDITUR.

Pius Episcopus

SERVUS SERVORUM DEI UNIVERSIS CHRISTIFIDELIBUS PRAESENTES LITTERAS INSPECTURIS SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Servatoris IESU CHRISTI benignitati habemus ex animo gratiam, quod per Annum sacrum, quem usitato heri solemnissimoque Romanae Ecclesiae ritu conclusimus, et Nobis paene infinitos iucunditatis fructus potiundos permiserit, et ad ingentem mortalium numerum gratiae veniaeque suae divitias misericors protulerit. Etenim ad centena millia, ex quovis civitatum ordine, fideles vel ex disiunctissimis omnium regionibus in Almam hanc Urbem peregrini convenere: qui quidem advenae non tam civibus romanis, eodem ceteroqui studio sacrae indulgentiae fruendae inflammatis, quam catholico nomini universo et ipsis hominibus ab Ecclesia alienis mirabile fidei pietatisque suae visi sunt praebere spectaculum, voluntatesque praeterea suas cum Apostolica Sede et Nobiscum, arctius, si quidem necesse erat, copulaverunt. Optimo autem fructuosissimoque praeteriti Iubilaei exitu, quem tam crebris flagrantibusque precibus Deo per sacri temporis decursum admotis acceptum referimus, commovemur atque impellimur, ut, more institutoque decessorum Nostrorum, qui patuit Romae ad hesternum usque diem amplissimus veniae thesaurus, eundem universitati fidelium ubique terrarum, proximo anno, patere iubeamus. Hanc sane veniam indulgentiamque ut quam plurimi participent, Venerabiles Fratres Episcopi curent, ut in singulis dioecesis cuiusque suae locis per divini verbi praedicationem, per sacras expeditiones vel spirituales exercitationes ad culpas suas populus deflendas eluendasque permoveatur et ad poenarum remissionem, quae sibi proposita est, impetrandam rite praeparetur: quod ut, in tanta cleri utriusque penuria, commodius fieri possit, a superiore consuetudine Nobis recedendum esse putamus, ex qua Iubilaeum extra Urbem non ultra semestre spatium producebatur. Iidem praeterea Episcopi fideles sibi commissos doceant, ad eandem mentem Nostram, quam in Iubilaeo pro Urbe indicendo aperuimus, idest pro evangelicae fidei propagatione, pro populorum pace et concordia, pro congruenti Ecclesiae catholicae iuribus ordinatione Sanctorum Palaestinae Locorum, eos potissimum orare Nobiscum ipsis oportere.

Itaque, auctoritate omnipotentis Dei, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, Iubi-

laeum maximum, quod in hac sacra Urbe celebratum est, ad universum catholicum orbem per has Litteras extendimus et in totum futurum annum prorogamus, ita scilitet ut lucrifieri possit a primis vesperis proximi diei festi Circumcisionis Domini ad plenum diem tricesimum primum mensis Decembris futuri anni MDCCCCXXVI.

Quamobrem omnibus utriusque sexus christifidelibus ubique terrarum, extra Urbem huiusque suburbium, exsistentibus, etiamsi anno sacro proxime elapso Iubilaei veniam lucrati iam sint, apostolica auctoritate Nostra largimur, ut plenissimam peccatorum indulgentiam ac remissionem adipisci bis queant, idest primum aut sibi aut animis defunctorum expiandis, secundo autem in horum tantummodo levationem, dummodo rite confessi ac sacra synaxi refecti — quam ad rem cnfessio annua et Paschalis communio minime suffragabuntur, — intra futurum annum MDCCCCXXVI, ecclesiam loci praecipuam tresque alias ecclesias vel oratoria publica ad hoc designanda, semel in die, per quinque continuos vel seiunctos dies, cum naturales tum ecclesiasticos, ad canonum normam computandos, pie inviserint et ad mentem Nostram supplices Deo preces adhibuerint. Iidem locorum Ordinarii sive per se ipsi sive per vicarios foraneos et parochos aliosve ecclesiasticos viros, quibus hanc potestatem, etiam, si libuerit, per integrum anni spatium utendam, permiserint, designabunt, praeter cathedralem ecclesiam in civitate episcopali et praecipuam in ceteris dioecesis locis, tres alias tam in illa quam in istis a quibusvis fidelibus visitandas: quodsi quattuor alicubi ecclesiae vel oratoria publica desint, Ordinarii, pro suo prudenti arbitrio, aut per se ipsi aut per suos delegatos decernere poterunt, ut in minore aedium sacrarum numero, et vel in una, ubi una tantummodo adest, quattuor illas diurnas visitationes agi liceat.

Ut autem iis consulamus, qui in peculiari rerum locorumque condicione versentur, haec statuimus quae sequuntur.

I. Qui per annum fere semper navigant iterve faciunt, iis fas esto, cum ad certam se stationem receperint, ibi iubilaeum semel lucrari, ea lege ut, ceteris simul parendo praescriptis, praecipuam loci ecclesiam uno tantummodo die quinquies invisant.

II. Ordinarii locorum aut per se ipsi aut per vicarios foraneos, per praelatos regulares quod ad eorum subditos, per parochos vel confessarios in dioecesi adprobatos, quibus huiusmodi fecerint potestatem — vel habitualiter atque extra confessionem exercendam, — possint, si qui impediantur ne imperatas visitationes obeant, harum numerum, pro rerum personarumque necessitate, contrahere et reducere; concedere, ut visitationes, nulla habita unius eiusdemque diei ratione, seiungi pro lubitu queant; cum vero res postulaverit, eas dispensando commutare in alia religionis, pietatis, caritatisve opera, ad singulorum conditionem accommodata, quae tamen aliunde non sint sub peccato debita. — Impeditos autem heic intellegi volumus moniales, sorores religiosas, tertiarias regulares, pias feminas et puellas aliasve personas in gynaeceis seu Conservatoriis degentes: item anachoretas monasticum regularemve Ordinem profitentes et potius contemplationi quam actioni vitae deditos, ut Cistercienses Reformatos B. M. V. de Trappa, Eremitas Camaldulenses et Carthusianos; praeterea eos, qui aut captivi sunt aut in carceribus custodiuntur, et ecclesiasticos vel religiosos viros, qui in coenobiis aliisve domibus, emendationis causa, detinentur. Impediti ii quoqe censeantur, qui aut domi aut in nosocomiis sive morbo sive imbecilla valetudine laborant, et quotquot aegrotis adsunt, et generatim ii omnes, qui certo impedimento prohibentur quominus statutas visitationes obeant: aequo autem iure esse volumus operarios, quos in Constitutione Apostolico muneri, die XXX mensis Iulii superiore anno data, descripsimus, et senes qui septuagesimum aetatis annum excesserint.

III. Ordinariis locorum pariter liceat — etiam per delegatos quos supra memoravimus eademque ratione — minorem visitationum numerum praestituere, a) conlegiis auctoritate ecclesiastica odprobatis sive clericalibus sive religiosis; b) confraternitatibus, piis unionibus atque iis tantummodo laicorum consociationibus, quarum sit catholica opera provehere;

c) adulescentibus qui in conlegiis vivunt vel conlegia, institutionis educationisque gratia, aut cotidie aut statis diebus celebrant; d) christifidelibus omnibus, qui, duce parocho, vel sacerdote quem parochus delegarit, visitationes peracturi sund. — Ea tamen lege Ordinarii visitationum minuant numerum, ut hi omnes, quos nominavimus, pompa instituta, etiam sine suis insignibus, ad invisendas aedes sacras incedant.

IV. Ubicumque autem, quavis de causa, ita incedendi per publicas vias copia non erit, Ordinario loci eiusve delegatis liceat, ut supra, visitationum numerum contrahere et reducere, modo intra aedis sacrae saepta aut pompa ducatur aut saltem visitatio sollemniter communiterque fiat ab omnibus ibi una congregatis. Ordinarius autem loci eiusve delgati ab obligatione confessionis et sanctae Communionis nullum exsolvant, nisi quem ab alterutra gravis morbus prohibeat.

Ad facultates quod attinet, confessariis, ceteroquin ad iuris normam adprobatis, tribuendas, quas in excipienda iubilaei confesione salutariter adhibeant, haec quae sequuntur, decernimus.

I. Confessariis illae integrae sunt facultates absolvendi, dispensandi, commutandi, quascumque ab hac Apostolica Sede vel in perpetuum vel ad tempus, quoque pacto, legitime impetrarint ; immo simul cumulateque, ad iuris praescriptum et pluries pro eodem poenitente sive iis omnibus sive his, quae mox concessuri sumus, uti valide et licete possint. Oualicumque autem poenitens cum confessionem iubilaei sincera lucrandae indulgentiae intentione instituit, absolutione, dispensatione, commutatione donatus erit, si postea, mutata voluntate, a complendis reliquis praescriptis operibus destiterit, eadem non idcirco irrita erit.

II. Monialibus aliisque feminis, quarum ad confessiones excipendas, ex Codicis praescripto, specialis Ordinarii adprobatio requiritur, fas esto hanc dumtaxat iubilaei confessionem apud quemvis confessarium ab eodem loci Ordinario pro utroque sexu adprobatum peragere: qua semel completa, iam nulla confessarius iste in eandem poenitentem iurisdictione gaudeat, nisi ad Codicis leges.

III. Confessarius eos omnes, pro quibus ab Ordinario loci vel a Nobis adprobatus sit, in confessione iubilaei excipienda, absolvere possit, in foro sacramentali tantum, a quavis censura a iure vel ab homine inflicta, occulta vel publica, aut ab Ordinario sibi reservata aut a iure Apostolicae Sedi simpliciter specialive modo vel Ordinariis reservata: itemque a quovis peccato, utcumque gravi et Ordinariis vel S. Sedi reservato; iniuncta tamen salutari poenitentia aliisque de iure iniungendis. — A nulla ex censuris Apostolicae Sedi specialissimo modo reservatis, absolvere queat, praeterquam a crimine absolutionis complicis a peccato turpi non plus semel vel bis attentatae. At confessario poenitenti praecipiat, a) ut complicem, si forte ad confitendum redierit, moneat cum de absolutionis a se impertitae invaliditate, tum de eiusmodi confessionibus apud alium confessarium iurisdictione munitum necessario iterandis; b) ut, occasione relapsus remota, abstineat se in posterum ab audienda complicis confessione, etsi a peccato complicitatis alias absoluti, quoad sine scandali et infamiae periculo fieri poterit. — Confesarius si quem a censura publica vel ab homine inflicta in foro sacramentali tantum absolverit, eum iubeat in foro externo se gerere ad praescriptum can. 2251; caveat autem confessarius ne quemquam publica censura irretitum in foro conscientiae Deo reconciliet, nisi is paratus sit intra sex menses Ecclesiae satisfacere et scandalum damnumque reparare.

IV. Confessarius ne in foro quidem interno, nisi ad praescriptum can. 2254, eos absolvat, qui, aut in censuram aliquam incurrerint a Pio X per Constitutionem Vacante Sede Apostolica Romano Pontifici reservatam, aut secretum S. Officii alterumve simile violaverint; itemque praelatos cleri saecularis ordinaria iurisdictione in foro externo praeditos superioresque maiores religionis exemptae, qui in censuram Romano Pontifici speciali modo reservatam publice inciderint.

V. Haeretici, praesertim qui fuerint publice dogmatizantes, ne absolvantur nisi abiurata saltem coram ipso confessario haeresi, scandalum, ut par est reparaverint. Similiter quicum-

que sectis massonicis aliique id genus vetitis notorie adscripti sint, ne absolvantur, nisi praemissa coram confessario abiuratione aliisque servatis de iure servandis, a secta recesserint et scandalum, quantum licuerit, removerint.

VI. Qui bona vel iura ecclesiastica sine venia acquisiverint, illis ne impertiatur absolutio, nisi Ecclesiae satisfecerint vel saltem sincere promiserint se quamprimum satisfacturos.

VII. Qui falsam sollicitationis denuntiationem admiserit, is ne absolvatur, nisi aut eam formaliter retractaverit, aut saltem ad eam quamprimum retractandam atque ad sarcienda calumniae damna serio paratum se praebeat.

VIII. Confessarius in ipsa tantummodo iubilaei confessione, ex iusta et probabili causa, omnia et singula vota privata, etiam Sedi Apostolicae reservata, iurata quoque, in alia pia opera dispensando commutare possit. Votum autem castitatis perfectae et perpetuae, etiamsi ab origine publice emissum sit in professione relig. neutiquam, contra, si poenitens fuerit in Ordine sacro lege caelibatus adstrictus, — subinde tamen, aliis eius professionis votis per dispensationem sublatis, firmum atque integrum manserit, similiter possit, ex iusta et probabili causa, in alia pia opera dispensando commutare. Votum vero a tertio acceptatum ne remittat neve commutet, nisi is, cuius interest, libenter expresseque consenserit. Votum denique non peccandi aliove poenalia vota ne commutet nisi in opus quod, non minus quam ipsum votum, a peccando refrenet.

IX. Idem confessarius in excipienda iubilaei confessione dispensare possit, pro solo conscientiae foro, atque ad hoc unice ut poenitens Ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exerceat, a quavis irregularitate ex delicto prorsus occulto; item ab irregularitate ex homicidio voluntario aut abortu, de qua in can. 985 § 4°; sed in hoc homicidii voluntarii et abortus casu, poenitenti onus imponat, sub poena reincidentiae, recurrendi infra mensem ad S. Poenitentiariam et standi eius mandatis.

X. Similiter in solo foro conscientiae et sacramentali liceat confessario dispensare: a) ab impedimento prorsus occulto consanguinitatis in tertio vel secundo gradu collaterali, etiam attingente primum, quod ex generatione illicita proveniat, solummodo ad matrimonium convalidandum, imperata tamen consensus ad iuris normam renovatione, minime vero ad contrahendum vel in radice sanandum; b) ab occulto criminis impedimento — neutro tamen machinante — sive de matrimonio contracto agatur sive de contrahendo, iniuncta, in primo casu, privata renovatione consensus, secundum canonem 1135; imposita, in utroque, gravi diuturnaque salutari poenitentia.

Itaque haec omnia, quae per has Litteras constituimus ac declaravimus, volumus firma et valida exsistere et fore, ad effectum iubilaei ad universum catholicum orbem proferendi, non obstantibus contratriis quibuslibet. Earum autem exemplis atque excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eandem iubemus adhiberi fidem, quae hisce adhiberetur litteris, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur liceat paginam hanc Nostrae concessionis et voluntatis et declarationis infringere vel ei, ausu temerario, contra ire. Quod si quis attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XXV mensis Decembris, in festo Nativitatis D. N. Jesu Christi, anno MDCCCCXXV, Pontificatus Nostri quarto.

(—) **O. Card. Cagiano,**
S. R. E. Cancellarius.

(—) **A. Card. Frühwirth,**
Poenitentiarius Maior.

(—) **JOANNES ZANI-CAPRELLI,**
Protonotarius Apostolicus.

(—) **DOMINICUS SPOLVERINI,**
Protonotarius Apostolicus.

(Loco † Plumbi).

Reg. in Canc. Ap. vol. **XXXIII**, n. 4.

Rozszerzenie Jubileuszu powszechnego na cały Kościół katolicki w roku 1926.

Konstytucją Apostolską „Servatoris Jesu Christi“ z dnia 25 grudnia 1925 r. rozszerzył Ojciec Święty, Pius XI na cały świat katolicki Wielki Jubileusz, który w ubiegłym roku uroczyście obchodzono w Rzymie, dokąd podążyły liczne rzesze wiernych każdego stanu i ze wszystkich krajów, nawet z najodleglejszych zakątków świata. Jubileusz ten ma trwać przez cały rok dla całego katolickiego świata aż do 31 grudnia 1926 r. włącznie.

Na mocy władzy, udzielonej XX. Biskupom przez wspomianą Konstytucję Apostolską, przepisujemy celem dostąpienia odpustu jubileuszowego następujące warunki:

I. W tym roku mogą poza Rzymem wszyscy wierni uzyskać odpust jubileuszowy dwa razy: pierwszy raz dla siebie albo dla dusz zmarłych, drugi raz tylko dla dusz zmarłych. Odpusty te uzyskać mogą i ci, którzy w ubiegłym roku już ich dostąpili bądź w Rzymie, bądź w domu.

II. W naszej diecezji rozpocznie się Jubileusz w szóstą niedzielę po Wielkiejnocy. W dniu tym suma odprawi się przed wystawionym Najśw. Sakramentem.

III. Dla uzyskania odpustu jubileuszowego konieczne są **za każdym razem** następujące warunki:

1. Szczera spowiedź i godna komunja św. Spowiedź doroczna i komunja wielkanocna nie wystarczają.
2. Nawiedzenie kościoła głównego swej miejscowości i obok tego trzech innych kościołów. Nawiedzenie czterech wyznaczonych kościołów należy odbyć codzień w ciągu pięciu dni dowolnie obranych (niekoniecznie po sobie następujących), czy to naturalnych, czy kościelnych (cfr. can. 923). Uczyni to 20 nawiedzeń.

   Nawiedzenia kościołów mogą się odbyć przed lub po spowiedzi i komunji jubileuszowej, lub częścią przed, częścią po przyjęciu sakramentów św. Konieczne jest, aby przynajmniej ostatnie nawiedzenie (lub warunek)spełniono w stanie łaski uświęcającej.
3. W miejscowościach, gdzie **jeden** jest tylko kościół (kościół parafjalny, filjalny, kośćół lokalnego wikarjatu) należy ten jeden kośćół **cztery razy** przez **pięć** dni nawiedzać.
4. Podczas każdorazowego nawiedzenia kościoła przepisana jest modlitwa ustna według intencji Ojca św. (np. 5 Ojcze nasz, 5 Zdrowaś Marjo, Litanje, części rożańca św.). Intencja zaś Ojca św. jest, aby wierni modlili się o rozszerzenie wiary św., o pokój i zgodę między narodami, o zgodne z prawami Kościoła św. uregulowanie stosunków w Ziemi Świętej.

IV. Uwzględniając miejscowe stosunki, wyznaczamy w miejscowościach niżej podanych następujące kościoły do nawiedzania przez pięć dni:

w **Pelplinie** dwa razy kościół katedralny i po razie kościół parafjalny i kaplicę św. Józefa;

w **Brodnicy**, w **Chełmnie**, w **Koronowie**, w **Kościerzynie** po cztery razy tylko kościół parafjalny;

w Grudziądzu dwa razy kośćół parafjalny, i po razie kościół św. Krzyża i kościół Ducha św;

dla gminy kościelnej w **Tarpnie** wyznacza się czterokrotne nawiedzenie własnego tylko kościoła;

w **Lubawie** dwa razy kościół parafjalny i dwa razy kościół św. Barbary;

w **Tczewie** dwa razy kościół parafjalny i dwa razy kościół św. Józefa;

w **Toruniu** (parafja św. Jakóba, św. Jana, Panny Marji i Mokre) dwa razy własny kościół parafjalny i po razie dwa inne parafjalne kościoły;

w **Wejherowie** dwa razy kościół parafjalny i dwa razy kościół poklasztorny;

w **Żukowie** dwa razy kościół parafjalny i dwa razy kościół św. Jakóba.

V. **Ulgi dla dostąpienia odpustu:**

1. **Podróżujący** prawie przez cały rok mogą raz jeden dostąpić odpustu jubileuszowego, jeśli, zatrzymawszy się na pewnej stacji, godnie przyjmą tam sakramenta św. i odwiedzą pięciokrotnie jednego tylko dnia główny kościół miejscowy.

2. Osobom, które mają **przeszkody** we wykonaniu przepisanych nawiedzeń kościołów, mogą wszyscy spowiednicy w konfesjonale, a samodzielni duszpasterze i poza spowiedzią ilość nawiedzeń zmniejszyć albo zezwolić, aby przepisane nawiedzenia odbywano oddzielnie w dowolnym czasie; również mogą zamieniać nawiedzenia kościołów na inne pobożne i miłosierne uczynki, byleby te uczynki skądinąd już nie obowiązywały.

Do osób, którym pewne przeszkody nie pozwalają odbyć przepisanej ilości nawiedzeń kościołów, zalicza wspomniana Konstytucja Apostolska następujące:

a) wszystkie zakonnice (właściwe zakony i kongregacje żeńskie) oraz niewiasty i dziewice żyjące w pobożnych instytutach i domach;

b) osoby znajdujące się we więzieniu i pozbawione w jakibądź sposób wolności;

c) chorzy i słabowici, czy przebywają w szpitalach czy w domu, i osoby ich pielęgnujące;

d) starcy, którzy ukończyli 70 rok życia;

e) robotnicy, którzy żyją z codziennego zarobku i z trudnością tylko znaleźliby czas do przepisanych nawiedzeń kościołów;

f) wogóle ci wszyscy, którzy z powodu pewnych przeszkód nie mogą odprawić przepisanych nawiedzeń.

VI. Wszelkie kościelne towarzystwa, bractwa, kongregacje i katolickie stowarzyszenia, zakłady wychowawcze, szkoły, wreszcie gminy kościelne albo poszczególne ich stany, które pod przewodnictwem swego duszpasterza lub kapłana przezeń delegowanego w procesji uroczyście, chociaż bez chorągwi i innych znaków religijnych, nawiedzą kościół przeznaczony albo sąsiedni albo miejsce cudowne, uczynią zadość w tym dniu nawiedzeniom czterech kościołów przez to jednorazowe nawiedzenie. Jeżeli z jakiejbądź przyczyny nie można urządzić publicznej procesji, wtedy powinna się odbyć przynajmniej w obrębie kościoła, a gdy i to niemożliwe, wtedy niech odbędzie się wspólne i uroczyste godzinne nabożeństwo w kościele.

Zakonnice, Siostry Miłosierdzia, oraz niewiasty i dziewice pod ich opieką będące, ich wychowanki, wychowankowie i rezydenci mogą nawiedzania odbyć w swej kaplicy domowej.

VII. Przewielebnych Duszpasterzy upominam usilnie w Panu, aby dokładnie objaśniali wiernym warunki do uzyskania odpustu i dawali dostateczną sposobność do wypełnienia tychże warunków. Gdyby nie było na miejscu więcej spowiedników, polecałoby się od czasu do czasu poprosić do pomocy spowiedników pozamiejscowych.

VIII. Przynajmniej raz w miesiącu powinno się odbyć w niedzielę **nabożeństwo jubileuszowe** albo przed południem albo po południu przed wystawionym Najśw. Sakramentem.

IX. Władze, udzielone spowiednikom na rok jubileuszowy w Konstytucji Apostolskiej, znajdą Przew. Księża w łacińskim tekście, podanym w Orędowniku przed niniejszem rozporządzeniem.

X. Rok jubileuszowy zakończyć się ma 31 grudnia r. b. odśpiewaniem „Te Deum" przed wystawionym Najśw. Sakramentem wśród bicia we wszystkie dzwony.

Pelplin, dnia 6 maja 1926 r.

† **Augustyn,**
biskup chełmiński.

Powyższe rozporządzenie zechcą Przew. Ks.Ks. Duszpasterze w niedzielę po jego odebraniu wiernym ogłosić.

Die Ausdehnung des allgemeinen Jubiläums auf die ganze kath. Kirche im Jahre 1926.

Der Hl. Vater Pius XI. hat das allgemeine Jubiläum, das im vorigen Jahre in Rom unter Teilnahme zahlreicher Christgläubigen jeglichen Standes aus allen Ländern, selbst aus den entferntesten Gegenden, gefeiert wurde, durch die apostolische Konstitution „Servatoris Jesu Christi" vom 25. XII. 1925 auf die ganze katholische Kirche ausgedehnt. Das Jubiläum soll für

den kath. Erdkreis bis zum 31. Dezmber 1926 einschliesslich dauern.

Auf Grund der Vollmachten, die den Bischöfen in der angeführten Konstitution erteilt sind, verordne ich zur Gewinnung des Jubiläumsablasses folgendes:

I. In diesem Jahre können alle kath. Christen ausserhalb Roms 2 mal den vollkommenen Jubiläumsablass gewinnen, einmal für sich oder fürbittweise für die armen Seelen, das 2. mal nur für die armen Seelen.

Diese Ablässe können auch jene gewinnen, die bereitse im Vorjahre durch die römische Pilgerfahrt oder in der Heimat den Jubiläumsablass gewonnen haben.

II. Für unsere diözese beginnt das Jubiläum am 6. Sonntag nach Ostern und wird feierlich mit dem Hauptgottesdienst vor dem ausgesetzten Hochwürdigsten Gut eröffnet.

III. Zur Gewinnung des Ablasses sind jedesmal folgende **Bedingungen** zu erfüllen:

1. Reumütige Beichte und würdige Kommunion, wobei die vorgeschriebene Jahresbeichte und Osterkommunion nicht genügen.
2. Besuch der Hauptkirche und 3 anderer Kirchen des Ortes. Dieser Besuch von 4 Kirchen hat innerhalb eines natürlichen oder kirchlichen Tages (cf. Can. 923) zu geschehen und muss in 5 Tagen, die nicht aufeinander zu folgen brauchen, wiederholt werden, sodass sich im ganzen 20 Kirchebesuche ergeben.
3. An denjenigen Orten, wo sich nur **eine** Kirche (Pfarrkirche Filialkirche, Kirche der Lokalvikarie) befindet, ist diese an den betreffenden 5 Tagen je vier Mal zu besuchen.
4. Für jeden Kirchenbesuch ist die Verrichtung mündlicher Gebete (z. B. 5 Vaterunser, 5 Gegrüsset seist du Maria, Litaneien, Teile des Rosenkranzes) nach der Meinung des hl. Vaters vorgeschrieben. Als Gebetsmeinung ist vom Papst bestimmt: Ausbreitung des wahren Glaubens, Friede und Eintracht unter den Völkern und eine den Rechten der kath. Kirche entsprechende Regelung der Verhältnisse im hl. Lande.

IV. Mit Rücksicht auf die Lokalverhältnisse bestimme ich, dass an nachfolgenden Orten nachstehende Kirchen an den betreffenden 5 Tagen besucht werden sollen:

In Pelplin 2 mal die Domkirche und je einmal die Pfarrkirche und die St. Josephskapelle.

In Brodnica 4 mal die Pfarrkirche.

In Chełmno 4 mal die Pfarrkirche.

In Chojnice 4 mal die Pfarrkirche.

In Grudziądz 2 mal die Pfarrkirche und je einmal die Kirche zum hl Kreuze und die Kirche zum hl. Geiste.

Für die Kirchengemeinde Tarpno wird der 4-malige Besuch der **eigenen** Kirche bestimmt.

In Koronowo 4 mal die Pfarrkirche.

In Kościerzyna 4 mal die Pfarrkirche.

In Lubawa 2 mal die Pfarrkirche und 2 mal die St. Barbarakirche.

In Tczew 2 mal die Pfarrkirche und 2 mal die St. Josephskirche.

In Toruń (St. Jakob, St. Johann, St. Maria nebst Mokre) 2 mal die eigene Pfarrkirche und je einmal die beiden anderen Pfarrkirchen.

In Wejherowo 2 mal die Pfarrkirche und 2 mal die Klosterkirche.

In Żukowo 2 mal die Pfarrkirche und 2 mal die St. Jakobskirche.

V. Für bestimmte Fälle werden nachstehende **Erleichterungen** gewährt:

1. Personen, die fast das ganze Jahr auf Reisen sind, können den Ablass einmal an einem Aufenthaltsort ihrer Reise gewinnen, wenn sie dort die hl. Sakramente würdig empfangen und an einem Tage fünf mal die Hauptkirche des Ortes besuchen.
2. Jenen Personen, die **verhindert** sind, die Kirchenbesuche in der vorgeschriebenen Weise zu verrichten, können alle Beichtväter in der Beichte und die Seelsorger mit eigenem Seelsorgsbezirk auch ausserhalb der Beichte die Zahl der Kirchenbesuche vermindern oder erlauben, dass die vorgeschriebenen Kirchenbesuche nach Belieben getrennt werden können oder auch die Kirchenbesuche in anlere nicht schon pflichtgemässe Werke der Fröm-

migkeit oder der Wohltätigkeit umwandeln.

Als verhindert an der Ableistung der Vollzahl der Kirchenbesuche werden in der genannten Apostolischen Konstitution folgende Personen bezeichnet:

a) Alle Ordensfrauen und Mitglieder ordensähnlicher weiblicher Vereinigungen, ebenso Frauen und Mädchen, die in Stiften und Instituten wohnen;
b) Gefangene und Internierte aller Art;
c) Kranke u. Kränkliche, sei es in Krankenhäusern oder zu Hause und Personen, die ihnen pflegend beistehen;
d) Greise nach zurückgelegtem 70. Lebensjahre;
c) Arbeiter, die von ihrem Tageserwerb leben u. für die vorgeschriebenen Kirchenbesuche schwer die Zeit erübrigen;
f) schliesslich überhaupt alle, für die ein bestimmtes Hindernis gegen die Kirchenbesuche in der vorgeschriebenen Form besteht.

VI. **Kirchliche Vereinigungen** jeder Art, Bruderschaften, Kongregationen, auch katholische Vereine, Erziehungsanstalten und Schulen, endlich Seelsorgsgemeinden oder deren einzelne Stände, die unter Führung ihres Seelsorgers oder eines von dieesm beauftragten Priesters eine prozessionsweise Besuchung mit kirchlicher Feierlichkeit, wenn auch ohne Fahnen und andere religiöse Abzeichen, in einer für sie bestimmten Kirche oder in einer Nachbar- oder Wallfahrtskirche machen, haben dem auf einen Tag treffenden Besuch von 4 Kirchen genügt. Wenn es nicht angeht, diese Prozession durch die öffentlichen Strassen und Plätze zu führen, so sollte sie wenigstens im Bezirke der Kirche erfolgen. Wenn auch dieses nicht möglich ist, gilt dafür eine gemeinsame und feierliche Betstunde in der Kirche.

Klosterfrauen, Barmherzigen Schwestern und den Angestellten ihres Hauses samt den ihrer Obsorge anvertrauten Frauen und Mädchen, Zöglingen und Pensionären ist es gestattet, die Besuche in ihrer Hauskapelle zu machen.

VII. Die hochwürdigen Seelsorgsgeistlichen ersuche ich dringend im Herrn, den Gläubigen die Bedingungen zur Gewinnung des Ablasses genau zu erklären und ihnen reiche Gelegenheit zur Erfüllung der Ablassbedingungen zu bieten. Wenn nicht mehrere Beichtväter am Orte sind, empfiehlt es sich, das eine oder andere Mal einen auswärtigen Beichvater zur Aushilfe einzuladen.

VIII. Wenigstens einmal im Monat ist an einem Sonntag vormittags oder nachmittags eine **Jubiläumsandacht** vor dem ausgesetzten Hochwürdigsten Gute abzuhalten.

IX. Die den Beichtvätern in der Apostolischen Konstitution erteilten Vollmachten sind in dem vorgedruckten lateinischen Text angegeben.

X. Das Jubiläum soll am 31. Dezember d. J. feierlich mit „Te Deum" vor ausgesetztem Allerheiligsten und unter dem Geläute aller Glocken geschlossen werden.

Pelplin, den 6. Mai 1926.

† Augustinus,
Bischof von Culm.

Vorstehender Erlass ist am Sonntag nach Empfang desssIben von den Kanzeln den Gläubigen zu verkünden.

Nakładem Biskupiego Jeneralnego Wikarjatu. Czcionkami Drukarni i Księgarni T. z o. pr. w Pelplinie.